Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-495211-p0001-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-495211-p0002-1

18.
1792,2

# ORDINARIVS
## SENIOR ET RELIQVI ASSESSORES
## FACVLTATIS IVRIDICAE
## LIPSIENSIS
## SVMMOS IN VTROQVE IVRE HONORES

CVM SPE

IN COLLEGIO SVO ORDINE QVONDAM ASSIDENDI

VIRO CLARISSIMO

# M. AVGVSTO ADOLPHO WENDLERO

LIPS.

D. XXX. MART. A. C. CIƆIƆCCXCII.

COLLATOS INDICVNT.

---

*Inſunt Reſponſor. Iur. X. XI. ac XIImum.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-495211-p0003-7

## Responsvm X.

*De ambitu legati mobilium, et quatenus numeratam pecuniam complectitur.*

Decantatum eſt, nullique dubio obnoxium, teſtantium voluntates plenius, hoc eſt, liberius, quam pacta interpretari, oportere, idemque rationi omnino conſentaneum. Si pacta quidem in mutuo paciſcentium conſenſu nituntur, adeoque non, quid alteruter forte ſibi commodum cogitauerit, ſed quid ſe cogitare et cui alter conſentire profeſſus fuerit, ſpectandum eſt, contra vero teſtantium voluntatem inde a XII. tabulis iuris romani conditores legis inſtar coluere. Quam ob rem paciſcentium voluntas ex verbis intelligenda, et verba, quibus teſtator vſus eſt, eius ſententiae, ſi de hac ex teſtamento aliunde conſtat, accommodanda ſunt. Inde tam religioſa romanorum in cuſtodienda teſtantium voluntate ſollicitudo, tam prolixae de legatis diſputationes, eo maximam partem redeuntes, vt regulae ſuppeditentur, quibus praeeuntibus in exploranda inueniendaque teſtantium voluntate feliciſſime proficiamus.

Dubium non eſt, huc inter alia pertinere illud PAPINIANI, in toto iure generi per ſpeciem derogari, et, quod ad ſpeciem directum ſit, potiſſimum haberi. Videlicet legato pecoris quis equos comprehendi dubitauerit? Et ſi pecus Titio legatum, equos Paulo adſcriptos conſpexeris, non magis dubium eſt, omnes omnino equos, voluptati, equitando quippe vel vehendo, an agrum colendo vtilitati inſeruiant, Paulo, reliquum pecus Titio deberi, niſi vel ex more loquendi, quem ſecutus teſtator fuerit, vel aliunde conſtet, equos inuentario comprehenſos legato Titiano complecti teſtatorem voluiſſe. Nec *l. 19. d. Vſ. et Vſufr. etc.* a recto tramite abduci patiamur, quae, legato alteri fundo, alteri eius vſufructu, hunc inter vtrumque legatarium communicat, quum naturae rei magis conueniat, vſusfructus legatario omnes omnino fructus, et, quamdiu is vixerit, alteri ſolam proprietatem tribuere. Quam ob rem in hanc *l. 19.* exceptionem colloco, ad quam illud IVLIANI pertinet, *non poſſe omnium, quae a maioribus conſtituta ſunt, rationem reddi.*

Erraret enim vehementer, qui duobus legatis, mobilium altero, alteroque pecuniae numeratae in eodem teſtamento deprehenſis, d. *l. 19.* argumento vſus, vtrique legatario dimidiam numeratae pecuniae portionem adſcriberet. Vt potius, oblato huiuscemodi exemplo, numeratae pecuniae expers, cui mobilia debentur, eodem iure iudicandus ſit, quo,

ſi penum alii, aliique vinum conſpicimus legatum, huic omne vinum, nihil eius illi debetur, *l. 2. pr. d. trit. vin. l. ol. leg.*

Caeterum etſi ponimus mobilia legata, de pecunia nihil in teſtamento, vel codicillis ſcriptum reperiri, omnia ſe moventia et mobilia, et inter haec pecunia numerata relicta videantur, an minus, non omni dubio caret. Repeto, quod monui, exemta exiſtimanda eſſe, de quibus ſpeciatim ſcriptum ſit. Hinc ſi bibliotheca, inuentarium, penus, aurum et argentum, imagines, et quae ad ſingularem vſum deſtinata ſunt, alia, aliis legata deprehenduntur, fere indubium eſſet, mobilium appellatione teſtatorem ſuppellectilem intellexiſſe. Ex quo apparet, non indiſtincte ſententiae, quam Bergervs *Oecon. Iur. L. II. Tit. IV. §. 27. not. 8.* et Leyser *Spec. 390.* profitentur, inhaerendum eſſe, plus complecti mobilia, quam Gallorum *meubles*, cui in regula ſubſcribere non dubito. Num vero noſtrates *Mobilien* loquentes ea omnia complecti voluiſſe exiſtimandi ſint, quae mobilium appellatione in iure comprehenduntur, noua dubitatio, ſi ex conſuetudine quidem regionis ſententia teſtatoris indaganda eſt, *l. 75. d. Legat. III.* Quum enim complures Germani Gallorum linguam bene norint, Latinam ſoli litterati, vehementer incertum eſt, Germanorum *Mobilien* magis Latinorum mobilibus, an Gallorum *meubles* appropinquet. Vt de hac re generaliter conſtitui vix quicquam poſſit, ſollicite potius circumſpiciendum ſit, ex quo

de vera teſtatoris voluntate ſatis probabiliter conſtare videatur.

Quodſi vero appareat, latiſſimam appellationis mobilium ſignificationem teſtatorem in mente habuiſſe, perſuaſum habeo, pecuniam numeratam non minus contineri, quam, argentea et aurea vaſa, et monetas non commercii, ſed memoriae cauſa cuſas, vel reconditas, *das Münzcabinet*. Quanquam legato auri argentique pecunia numerata, ſpecies huic generi, quam mobilibus, proximior, non continetur *l. 19. pr. d. aur. arg.* etc. *legat.* Quoniam non moris eſt, hac appellatione pecuniam numeratam notare, quemadmodum nos nominatione *Gold und Silber* pecuniam non cogitamus, *d. l. 75. d. Legat. III.* Idque diſerte confirmat *l. 79. ſ. 1. d. tit.*

Verum, etſi latiſſimum legato mobilium ambitum tribuimus, anguſtius eſt ſubſtantia mobilium, bonis immobilibus oppoſita. Si quidem haec ſimul iura perſonalia, et cum his nomina complectitur, quae illo non continentur. Quod vt probent interpretes, ad eand. *ſ. 1. d. l. 79.* prouocant. Si quid video, minus recte. Videlicet in exemplo ibi a Celſo propoſito cauſa diſtinctionis inter pecuniam praeſidii cauſa repoſitam et mutuo deſtinatam latet in verbis, *quae ibi erunt.* Nobis vero iuſtiorem diſtinguendi rationem ex d. *l. 75.* conſuetudo praebet, quae tria bonorum genera proponit, mobilia, immobilia, et nomina, prout ex *Ord. Proc. Sax. Rec. Tit.*

*XXXIX.*

*XXXIX. ſ. 8 10. et 20.* percipimus. Et quoniam teſtator exiſtimandus non eſt, haeredem admodum grauare voluiſſe.

Suppoſitis hisce principiis ad quaeſtionem ante hos tres menſes nobis propoſitam reſpondimus. Quidam nobilis S. filiae naturali et amicae, praeter ſortem vtrique conſtitutam, in teſtamento ſuo mobilia ſua praeter ea, quae inſtrumento fundi continerentur, omnia legauerat; Breui poſt in ſchedula in ſcrinio aſſeruata et poſt mortem inuenta, mobilia cuique deſtinata nominauerat, ex qua conſignatione videri poterat mobilia appellando teſtatorem ſupellectilem in mente habuiſſe; Dein codicillo mobilia mulieribus commoda vtrique legatariae indiuiſim iterum tribuerat, filiae naturalis marito, quae maſculorum vſui inſeruirent, adſcripſerat. En verba reſponſi a nobis exhibiti:

*Ob nun wohl die Benennung Mobilien mit dem teutſchen Worte Fahrniſs einerley Sinn zu haben, und der Gegenſatz liegender Gründe zu ſeyn ſcheinet, angeſehen dem Ehemanne, als Mobiliar-Erben ſeines Eheweibes, alles bewegliche Vermögen, in ſo weit nicht dieſes oder jenes für Pertinenzien derer Grundſtücke geachtet werden, oder als* vtenſilia *einer beſondern* Succeſſions-*Ordnung unterworfen ſind, gebühret; Welchemnach denen* legatariis *alles und jedes bewegliche Vermögen mit Inbegriff alles baaren Geldes, ingleichen derer auſsenſtehenden Schulden, zu ſtehen, und denen* legatariis *die Vertheilung derer männ- und weiblichen Mobilien unter*

*ſich*

*ſich dergeſtalt zu überlaſſen ſeyn würde, daſs G. die ausſchlieſsl. zum männlichen, die G. und F. aber die zum alleinigen weiblichen Gebrauche dienenden an ſich zu nehmen, von denen zum gemeinſchaftlichen Gebrauch ſchicklichen aber G. die eine, ſo wie deſſen erwähnte Ehegenoſſin und Schwiegermutter die andere Helfte zu empfangen hätten; In mehrerer Erwägung der Erblaſſer die zwiſchen ihm und gedachten Perſonen beſtehende Verwandſchaft wörtlich geäuſsert, und hierdurch, daſs ihm ſelbige noch näher, als der Erbe ſelbſt am Herzen liegen, und er dieſen beſonders wegen des in deſſen Rechtſchaffenheit geſetzten Vertrauens, auch, weil er ihn zu Regulirung der Verlaſſenſchaft für einſehender und geſchickter, und ſeiner eignen* exiſtimation *für anpaſſender geachtet, hierzu erwählet, nicht undeutlich zu erkennen gegeben; Im Gegentheil nach unſerm Sprachgebrauche, wo franzöſiſche, als einer lebendigen Sprache Ausdrücke leichter Eingang, und, ſo zu ſagen, Bürgerrechte, als Lateiniſche finden, man nicht ungeneigt ſeyn ſollte, mit dem Ausdrucke Mobilien gleiche Begriffe, wie mit dem franzöſiſchen Worte* Meubles *zu verbinden, womit jedoch bekannter Maaſsen nur Hausgeräthe und allenfalls Kleidungsſtücke bezeichnet zu werden pflegen; Der gewöhnliche Sprachgebrauch aber, nach dem bekannten,* verba valent ſicvt nummi, *immer der ſicherſte Schlüſſel zu Ergründung des Erblaſſers wahrer Willensmeinung iſt, worauf nach bekannten Rechten* l. 12. 96. d. R. I. *die Auslegung letzter Willensverordnungen beruhet; Wannenhero verſchiedenes ſo in denen Abhandlungen des Römiſchen*

*miſchen Rechts von Vermächtniſſen enthalten, in Beurtheilung und Erklärung bey uns nicht in lateiniſcher Sprache errichteter Teſtamente nur in ſo weit zu nützlicher Anwendung gereichet, als es den generellen Satz beſtätiget, man habe dem Sinne des Teſtatoris ſorgfältig nach zuſpüren:*

*Dennoch aber und dieweil zwar ſo viel gewiſs iſt, daſs die Abſicht des Teſtatoris, wenn ſie erweislich, zu befolgen ſey; Der erforderliche Beweiſs aber hauptſächlich auf denen Worten, welcher ſich der Erblaſſer zu deren Bezeichnung gebrauchet, und der ſolchen Worten in Rechten oder durch den Gebrauch gegebenen Bedeutung dergeſtalt beruhet, daſs, wenn die im gemeinen Leben hin und wieder angenommene von der geſetzmäſsigen abweichet, und nicht gnügliche Anzeigen, daſs der Teſtator jene in Gedanken gehabt, vorhanden ſind, dieſer nach zu gehen ſey; Angeſehen, da jedermanns Wunſch iſt, daſs ſein Teſtament genau befolget werde, bey deſſen Errichtung Rechtsverſtändige zu Rathe gezogen zu werden pflegen; Und denn in rechtlichen Verſtande die Bedeutung des Worts Mobilien zwiſchen Mobiliar-Nachlaſs und derer Franzoſen* Meubles, *ſo zu ſagen, mitten inne ſtehet, jedoch jenem näher, als dieſem kommt, ſo, daſs* Mobiliar *Nachlaſs alles, was nicht* immobilia naturaliter, *oder* iuris intellectu *ſind, unter ſich begreiffet, durch die Benennung* Meubles *allein die zur bequemen Einrichtung des Hauſes und ſonſt zur Gemächlichkeit gereichende Dinge, als Kleidungsſtücken, bezeichnet zu werden pflegen,* Mobilia *endlich ein drittes* genus bo-

 norum

norum *ausmachen, welches nicht allein denen Grundſtücken, und deren Pertinenzien, ſondern auch denen Gerechtigkeiten, Anſprüchen, ausgeliehenen* Capitalien, *und in der Materie derer Vermächtniſſe in der Regel zugleich denen zum Ausleihen beſtimmten Geld-Summen entgegengeſetzt wird, alles übrige der Natur nach bewegliche aber, in ſo ferne nicht über eins oder das andere mittelſt beſtimmterer Benennungen, zum Beyſpiel über die Bibliothek, Münz-Cabinet, Keller, Getreyde-Vorräthe, und dergleichen beſonders* diſponirt *worden, welchen Falls dieſe Dinge nach der Rechtsregel,* in toto iure generi per ſpeciem derogatur, *auszunehmen ſind, unter ſich begreiffet; Welches in dem gegenwärtigen Falle um ſo weniger zweifelhaft, jemehr der Teſtirer, daſs er Mobilien im weiten Umfange verſtanden wiſſen, und davon nur das* Inuentarium *nebſt deſſen Zubehör ausgenommen haben wolle, wörtlich geäuſsert, auch, daſs er dieſe Meinung geändert, und denen* legatarien *nur gewiſſe zum Hausgeräthe gehörige Sachen zuzueignen beſchloſſen habe, aus dem im Nachlaſse aufgefundenen Verzeichniſſe ſo wenig, als der im Codicille vom 10ten April 1790 gemachten Abänderung und Unterſcheidung zwiſchen männ- und weiblichen Mobilien gefolgert werden mag; Da, wenn ſchon jenes an ſich eine Schmählerung des Vermächtniſſes bewirken würde, gleichwohl, da es unvollzogen geblieben, eben hieraus die Abſicht, es bey der erſten* Diſpoſition *bewenden zu laſſen, erſcheinet; Das Codicill aber nur die Gerechtſame derer Vermächtniſsnehmer unter einander beſtimmet, und in deren Verhältniſſe*

gegen

*gegen den Erben keinen Einfluſs hat; Endlich, da aus dem Teſtamente, daſs der Erblaſſer das Guth ſelbſt bewirthſchaftet habe, abzunehmen, zum* Inuentario *auſser denen im Teſtamente wörtlich angezogegen Stücken, zugleich das zur Wirthſchaftsführung bis nach der Erndte erforderliche Getreyde nebſt anderen* Comeſtib*ilien, auch aller vorhandene Dünger gerechnet werden muſs: „So iſt unter dem* legato mobilium *mit alleinigem Ausſchluſſe derer auſſenſtehenden Schulden und des* Inuentarii, *alles übrige* Mobiliar-*Vermögen an Haus-Geräthe, in ſo weit es nicht in Guths*-Pertinenzien *beſtehet, Ringen, goldnen und ſilbernen Geſäſsen, Ausgabe und Spaarbüchſen Gelde, Bildern, Büchern, Küchen- und Kellern-Vorräthen, Kleidern uud Wäſche, auch zum Verkauf vorhandenen Früchten, und wie es ſonſt Nahmen haben mag, für begriffen zu achten. V. R. W.*

## Respons. XImum.

### *Legato pecuniae ſortem teſtatori redditam nouo mutuo deſtinatam non contineri.*

Ex iisdem fere principiis, quibus proxime antecedens reſponſum ſuperſtructnm eſt, hanc etiam quaeſtionem iudicare licet, quae fere eodem tempore nobis offerebatur. Qui pecuniam ſe mortuo ſuperſtitem legat, rem planam et omnino apertam proponere videtur. Attamen ex conceptione verbo-

rum, conditione et conſuetudine teſtatoris, et quae alia rem comitantur, variae dubitationes poſſunt prouenire. Primo monendum, latiſſimam illam pecuniae ſignificationem, quam ius Romanum ei tribuit, *l. 178. l. 222 ff. d. V. S.* qua res omnes in commercio, et cuiuscunque patrimonio comprehenſos complectitur, ad nos non pertinere. Si quidem pecuniam, *Geld*, loquentes, pecuniam numeratam cogitamus. Dein ſecernenda ſunt pecunia numerata, *alles vorhandene baare Geld*, et parata, *die Baarſchaft*, hoc eſt pecunia, ad ſumtus quotidianos ferendos deſtinata, denique pecunia, praeſidii cauſa repoſita, videlicet eo animo recondita, vt, ſi forte incendium vel annonae caritas, aliudue id genus infortunii ſuperuenerit, quod ſuppetias ferat, non deſit.

Vt pecuniae numeratae legatum *alles vorhandenen baaren Geldes*, nomina quidem, et, quoniam ad praeſumtam teſtatoris voluntatem omnia redigenda ſunt, ſortes forte redditas, repoſitasque, vt pro foenore alii dentur, non contineat, reliquam vero pecuniam, deſuncto teſtatore ſuperſtitem, diſerte non exemtam, comprehendat omnem, quibuscunque impenſis decretam: Vt contra legatum paratae pecuniae *der Baarſchaft*, aliusue peculiaris vſus, ad alius deſtinationis aerarium non pertinere arbitremur.

In hunc modum F. interroganti menſ. Febr. huius anni reſpondimus: Nimirum Sempronia quaedam ſic a marito hae-

res

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-495211-p0014-8

res ſcripta, vt ſubſtantiae bonorum a ſe acceptae, ſimulque pecuniae numeratae dimidiam partem, absque onere conficiendi inuentarii, aliquando moritura ſuis, teſtatoris quippe, conſanguineis relinqueret, alteri dimidiae parti, cum eaque mobilibus omnibus haeredem ſcriberet, quem vellet, teſtamento ſuo ſororem, et ex fratribus nepotes ſecundum ſtirpes nominauerat haeredes, ſororisque haeredis filiae Cajae mobilia omnia, et ſupellectilem, paratamque pecuniam ſuperfuturam legauerat. Poſt conditum teſtamentum Sempronia ſortem ſex millium thalerorum a debitore receptam Cajo mandaverat in foenus collocare, cuius idonea conditione nondum inuenta, diem ſupremum obierat: Iam dubitatio, ſors illa legato Cajae relicto contineatur, an minus? Collegium reſpondit, non contineri, reddiditque ſententiae ſuae has rationes:

*Obwohl die Rechte auſſenſtehende Schulden, ingleichen Gold und Silber dem baaren Gelde bey Vermächtniſſen entgegen ſetzen, mithin zwar ſo viel gewiſs iſt, daſs, wenn die erwähnten 6 M. Thlr. bey der Erblaſſerin Ableben noch in des Schuldners Händen, ob ſchon aufgeſaget, geweſen wären, ſolche unter der Benennung der Baarſchaft* Cajae *nicht für* legiret *zu achten ſeyn würden; Dagegen, nachdem ſolche eingegangen, und in* Semproniae *Nachlaſſe vorhanden, weſshalb ſie* Cajae *entgehen ſollten, um ſo weniger abzuſehen, jemehr derſelben die beym Ableben vorhandene Baarſchaft wörtlich ausgeſetzet worden, und jemehr Gunſtbezeugung gegen ſel-*

*bige das Teſtament zu erkennen giebt; Daneben der Umſtand, wonach* Sempronius *die Hälfte ſeines Nachlaſſes mit Inbegrif des baaren Geldes, und alleinigen Ausſchluſs derer Mobilien, nach* Semproniae *Ableben mittelſt Fideicommiſſes auf ſeine Anverwandte* transferiret, *die Beſchaffenheit der* Succeſſion *an und für ſich allein, auch, wenn erwähnte 6 M. Thlr. zu* Sempronii *Nachlaſſe gehörig ſeyn ſollten, nicht verändern, das Vermächtniſs nur als ein* legatum rei alienae *aufſtellen, und der* Semproniae *Erben zur Entſchädigung derer* fieicommiſſariorum *verpflichten würde; Im übrigen zu Unterſtützung der* Cajae *Anſpruchs annoch angezogen wird, daſs, wenn* Sempronia *der Meinung geweſen ſeyn ſollte, eingegangene und liegen gebliebene* Capitalia *unter dem Vermächtniſſe der Baarſchaft nicht zu begreiffen, derſelben, ſich deutlicher zu erklären, obgelegen habe:*

*Dennoch aber und dieweil letztgedachte Rechtsregel allein zu Verträgen und Contrakten gehörig, bey letzten Willensverordnungen aber nicht anwendbar, vielmehr bey dieſen* l. 12. h. 96. d. R. I. *der Sinn des* Teſtatoris *ſorgfältig zu unterſuchen und ſolchem nachzugehen iſt; bey deſſen Beurtheilung aber vorzüglich auf die Abſichten und Beſtimmungen des Erblaſſers Rückſicht zu nehmen, die Geſetze gebiethen,* l. 3 §. 7. d. Pen. leg. l. 3. d. Suppell. leg. l. 78. d. Legatt. III. *vieler anderer Stellen zu geſchweigen; Wie denn inſonderheit* l. 79. §. 1. d. Leg. III. *zu erkennen giebt, daſs diejenigen Summen Geldes, welche nicht unmittelbar, ſondern durch davon gezogene*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-495211-p0016-9

*gene Zinſsen zur Lebensunterhaltung beſtimmt ſind, unter dem Vermächtniſſe der Baarſchaft nicht begriffen werden; mittelſt welchen Ausdrucks auch nach unſerm Sprachgebrauch inſonderheit das zur Ausgabe beſtimmte Geld bezeichnet zu werden pfleget; Welchen annoch beytritt, daſs bey eintretendem Zweifel nicht dafür zu halten, es habe der Erblaſſer ſeinen Erben zu ſehr beſchwehren wollen, und, daſs vielmehr auf die Umſtände und Verhältniſſe, in denen ſich der* teſtator *zur Zeit des errichteten Teſtaments, als beim Todesfalle befunden, da niemand Veränderungen zu vermuthen pflegt, Rückſicht zu nehmen iſt,* l. 7. l. fin. pr. d. aur. argent. etc. legatt. *wobey denn erwogen zu werden verdienet, daſs Gelegenheiten, Geld, und beſonders ſtarke Summen mit Sicherheit zinſsbar unter zu bringen, ſich von Zeit zu Zeit ſeltner gemachet, und man eben deſswegen an denen geſetzmäſsigen Zinſsen zu erlaſſen ſich genöthiget geſehen, weſshalb nicht unwahrſcheinlich, daſs* Sempronia *zur Zeit, als ſie* teſtiret, *den Fall, ſie werde eine ſo beträchtliche Summe unzinſsbar liegen laſſen müſſen, nicht bedacht und vermuthet, angeſehen, daſs ſolche anderweit auszuleihen die Abſicht geweſen, ſelbſt in der Geſchichtserzählung Erwähnung geſchehen.* Quae quoniam rei ſubiectae abunde ſufficiunt, reliqua apponere ſuperſedeo.

---

## Respons. XII.

*Fructus induſtriales fundi filiifamilias, labore ante emancipationem peracto, non huic, ſed patri cedunt.*

Agros fundi ex haereditate matris in filium deuoluti pater ſeminauerat raſtroque ſubegerat. Quo facto, quum filius res ſuas ſibi habere cepiſſet, et per hoc patriam poteſtatem exiiſſet, fructus eſſe ſuos, vterque contendebat. Pater ad *Conſt. XXXII. Part. III.* prouocabat, fructusque ob laborem in colendo fundo peractum ad ſe pertinere propugnabat. Filius contra hanc legem, in definienda ſucceſſione ex cauſa mortis occupatam, negabat ſe obligare. Collegium noſtrum, cauſa ad ſe deuoluta, patris petitionem legibus conſentaneam exiſtimauit filiumque fructus reſtituere iuſſit. An recte, videamus. Res eo redit, vt primum conſtare debeat, ex iure romano controuerſia decidenda ſit, an germanico? Si perſuaſum haberem, regulae, quam Carpzov. in *Deciſ. XVI. ad dict. Conſt. XXXII.* tradit, ſubſcribendum eſſe, ius romanum ſequi nemo dubitaret. Eſt vero eius regula haec: Videndum eſſe, dominium penes vnum, an inter duos ita diuiſum ſit, vt alter directus, vtilis alter dominus appareat. Minus pleni domini iura ſecundum praecepta Germanorum, pleni Romanorum aeſtimanda eſſe. Verum enimuero quanquam rationem Romanorum in diſtri-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-495211-p0018-1

diſtribuendis fructibus, illa Germanorum longe aequiorem adeoque probabiliorem agnoſco, ſiquidem diſtributionem pro temporis rata inſtituere praecipiunt, vt videlicet euincatur, quanti fructus integri anni aeſtimandi ſint, et cuilibet ex toto pro eius temporis rata tribuatur, pro qua perceptio ad eum pertineat, quod, ſi locatus ſit fundus, per ſe ex locario apparet: *l. 7. ſolut. matrim. §. 1. ff.* Nos tamen Germanorum conſuetudinem, tribuendi fructus induſtriales ei, qui partem laboris maximam, eorundem percipiendorum cauſa neceſſariam, peregerit, omnino obligare exiſtimo, mors, an perſonarum conditio perceptionis mutationem induxerit, plenumque, an minus plenum dominium ſubeſſe appareat.

Vt ita ſentiam, ipſa *Conſtit. XXXII. Part. III.* me mouet. Nemo dubitauerit, ſententiam legislatoris fuiſſe, Saxonum conſuetudinem in *art. 58. Lib. II.* et *art. 76. Lib. III. Iur. Prou. Sax.* obuiam confirmare. Art. 58. *verb. Woferne ein Kind etc.* tractat ius domini, qui vaſalli minorennis tutelam geſſerit, eique fructus durante tutela perceptos, et ſecundum adductam rationem pro perceptis habendos, appellatione *des Angefells, Anfalls,* de quo prolixius SCHILTER. *in Commentar.* ad *Cap. 55. Iur. Feud. Alemann.* tribuit. Dein *d. Conſt.* verb. *Gleichfalls da ein Weib liegende Gründe hat etc.* ſat clare innuit, legislatorem nolle, vt aliam computandi diſtribuendique fructus rationem in allodiis, aliamque in feudis ſequamur. Haec duo coniun-

ctim efficiunt, in rebus pleni vel minus pleni dominii iure poſſeſſis, ſi vel mutata perſonarum conditio, vel mors mutauerit fructuum perceptionem, lites inter anteceſſorem et ſucceſſorem ortas ſecundum iuris Germanici rationem eſſe dirimendas.

Adeoque ſimul efficitur, in controuerſia nobis oblata recte iudicatum eſſe.

Opportunitatem haec ſcribendi nobis fecit vir Clariſſimus

M. AVGVSTVS ADOLPHVS WENDLERVS

quem ipſum, vitae ſuae recitantem decurſum audiamus.

*Patria vrbs mihi eſt Lipſia. Ibi anno MDCCLXV. d. XIII. Nouembr. patre D.* Adolpho Christiano, *Conſiliario Sereniſſ. Princip. Elect. Sax. aulico et ciuitatis huius Conſule, matre* Ioanna Avgvsta, Schwabii, *mercatoris quondam Lipſienſis, filia, natus, optimorum parentum coniuncto amore, cura et educatione diligentiſſima fructus ſum vsque ad annum aetatis duodecimum, quo ſummum Numen matrem dilectiſſimam praematura morte ereptam lugere me voluit. Cuius quidem acerbiſſimae iacturae ſenſui ne plane ſuccumberem, effecit Patris Venerandi ſummum nec ſatis praedicandum educationis meae ſoli ei relictae ſtudium. Ei enim quum non ſolum*

*cordi*

*cordi curaeque eſſet, vt ingenium filii optimis ſcientiis, animus honeſtis ſenſibus excoleretur, ſed vt vniuerſae eiusdem proſperitati omni ex parte proſpiceretur, poſt nonnullorum annorum ſpatium, ſecundis nuptiis cum* CERISTIANA FRIDERICA *e gente* PEINEMANNIA *contractis, matrem mihi reddidit, cuius amorem, beneuolentiam atque curam expertus ſum experiorque quotidie tantam, qua maiorem filius a matre expectare non poteſt. Vtinam Deus opt. max. his, quos ſummo pietatis ſtudio proſequi fas eſt, parentibus maxima illa, quibus me ornarunt, ornantque quotidie, remuneretur beneficia! Vtinam iis largiatur omnia, quibus vitae humanae felicitas cenſetur maxima et veriſſima! Praeceptoribus vſus ſum b.* IASPIDE, *qui ſacris praefuit Ileburgi,* KARTHAVSIO, *iudicii huius vrbis eccleſiaſtici Protonotario, cuius ſingulari fauore et beneuolentia ornari hucusque mihi contigit, atque* ENKIO, *ad Aedem vrbis Nicolaitanam Diacono, qui non ſolum per vndecim fere, quibus domeſtica eius et inſtitutione et conſuetudine vſus ſum, annos, ſed poſtea etiam tot tantaque in me collocavit amoris atque inſignis amicitiae documenta, vt gratiſſimum ei animum, quomodocunque fieri poſſit, demonſtrare, inter ſumma et iucundiſſima officia referendum eſſe putem. Antequam autem ad altiorum litterarum ſtudium me conuerterem, ſcholis* MARTINI *et* FOR-

BIGERI *VV. CC. publicis in Schola Nicolaitana per biennium magna cum vtilitate interſui. Quo tempore fere elapſo, anno LXXXIII. ciuium Academicorum numero a* PLATNERO, *tunc temporis Rectore Magnifico, adſcriptus, ſequenti anno profeſſorum Academiae noſtrae celeberrimorum praelectiones frequentare coepi. Adſui autem* SEIDLITIO *et* PLATNERO *Philoſophiam,* BORZIO *atque* GEHLERO, *Suprem. Cur. Elect. Adſeſſori, Matheſin, b.* FVNCCIO *et* HINDENBVRGIO, *h. t. Rectori Magnifico, Phyſicen,* WENKIO *Hiſtoriam,* BECKIO, *et, e cuius priuatiſſima diſciplina haud paruam vtilitatem percepiſſe ingenue profiteor, b.* REIZIO *litteras graecas et latinas,* BIENERO, SCHOTTO, PÜTTMANNO, KINDIO, *qui iam Dresdae Principi Electori a conſiliis prouocationum eſt,* SAMMETO *atque* RAVIO *Iuriſſcientiam, et b.* RICHTERO *artem diſputandi tradentibus; quorum virorum de ſe merita quemadmodum permulti iuuenes litterarum ſtudioſi agnoſcunt, ita et ego fructus e praeclara eorum inſtitutione perceptos gratiſſima mente profiteor. Quum autem, vt mei qualescunque in litteris addiſcendis profectus explorarentur, cuperem, diſſertatione, cui fuit inſcriptio:* Antiſtius Labeo, iuris ciuilis nouator: *anno LXXXVI. III.* BIENERO *praeſide defenſa, examen, quod pro Candidatura*

*didatura vocant, ſubii, quo ſuperato, dignum me optimo elogio iudicare Illuſtri ICtorum Ordini placuit. Anno ſequente ſummis in Philoſophia honoribus ab Ampliſſimo Philoſophorum Collegio petitis et acceptis, vt mihi iura Magiſtrorum Lipſienſium pararem, duobus annis praeterlapſis diſſertationem* de Quinquennalibus et Decennalibus Imperatorum Romanorum *e cathedra Philoſophorum defendi. Quum autem id ſemper in animo haberem, vt in patria vrbe aliquando cauſas agere mihi liceret, eodem anno Senatum huius vrbis Ampliſſimum adii precibus, vt negotiorum, quae ad iurisſcientiam ſpectant, inter priuatos gerendorum poteſtatem mihi tribueret, quo facto Notarii publici Caeſarei dignitatem a patre, Conſule tunc temporis ciuitatem noſtram regente, accipere mihi contigit. Deinde, vt deſiderio meo ſatis facerem, et litium in ſummis Imperii Romani Germanici tribunalibus pertractandarum rationem paullo adcuratius explorarem, peregrinandi cepi conſilium. Id autem antequam perſequerer, Illuſtris ICtorum Ordo, vt precibus meis adnueret, examen, quod rigoroſum adpellatur, mecum inſtituit. Sed quum fere in eo eſſem, vt Lipſia diſcederem, mortuus eſt Ioſephus II. Imperator et electio noui Imperatoris indicta. Menſe igitur Septembri an.* LXXXX. *abii Francofurthum, vbi Legatorum Saxoniae Illuſtriſſi-*

*morum auctoritate magnas illas, quae in eligendo coronandoque Imperatore peragi ſolent, ſolennitates ſpectare mihi licuit. His finitis terras Principis Electoris Palatini, et aliarum prouinciarum quasdam vrbes peruagatus, per quinque menſes Wetzlariae, proceſſui, vt vocatur, Imperii addiſcendo operam nauaui, nec non Ratisbonae et Viennae per aliquod tempus commoratus ſum, vbi Principis noſtri Indulgentiſſimi permiſſu ad tabularia legatorum Eius publica accedere mihi licuit; quod inſigne beneficium deuota mente veneror. Tum tredecim menſibus fere praeterlapſis in patriam vrbem reuerſus ſum.*

Poſtquam igitur hic noſter d. XXII. nuperi menſis Diſſertation. Inaugural. cui rubrum eſt: *Hiſtoria iuris ciuilis de teſtamenti factione mulierum* horis matutinis ſolennibus in auditorio noſtro absque praeſide tuitus, habitisque inſequente hebdomate, praelectionibus publicis, quae pro gradu audiunt, ſpeciminibus perfunctus eſt omnibus, edendis ab iis, qui in gremio Facultatis noſtrae doctorali dignitate ornari cupiunt, nos quidem eius votis eo lubentius conceſſimus, quo magis collegium noſtrum ſibi de viris eiusmodi gratulatur, quorum non minor ab humanitate, ingenuitate ac dexteritate, quam a ſolida iurisſcientia eſt commendatio. Die itaque XXX. Martii in pleno conſeſſu noſtro ſummos vtriusque iuris honores et ex

his

his promanantia iura omnia ac priuilegia ei, iuriſiurandi ſolemnis religione obſtricto, tribuimus, eumque ſimul inter noſtros, puto eos, recepimus, qui praeſtitis, quae praeſtanda ſuperſunt, ſuo ordine aliquando in collegio noſtro aſſidere valeat. Quae omnia appenſa tabula ſigillo collegii inſtructa teſtificamus. Et quemadmodum illuſtres natales inter inſignia noſtri ornamenta ſunt, Perilluſtri Parenti, de republica noſtra egregie merenti filium reddimus, condigna virtutis ac ſcientiae ſuae praemia ferentem.

Lipſiae Domin. Palmar. A. C. cIɔIɔccxcII.

---

EX OFFICINA KLAVBARTHIA.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-495211-p0026-5

Leipzig, Diss., 1792

ULB Halle 3
005 358 981

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-495211-p0027-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-495211-p0028-6

18.
1792,2

# RDINARIVS

ET RELIQVI ASSESSORES

CVLTATIS IVRIDICAE

LIPSIENSIS

N VTROQVE IVRE HONORES

CVM SPE

O SVO ORDINE QVONDAM ASSIDENDI

VIRO CLARISSIMO

## GVSTO ADOLPHO WENDLERO

LIPS.

. MART. A. C. cIɔIɔccxcii.

COLLATOS INDICVNT.

---

*Reſponſor. Iur. X. XI. ac XIImum.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-495211-p0029-5